Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Freiburger Urkundenbuch

Texte

Hefele, Friedrich

Freiburg i.Br., 1951

215 - St. Gallen 1297 April 18: Abt Wilhelm und der Konvent des Klosters St. Gallen verkaufen aus Not den Dinghof zu Kirchzarten, den Jakob von Falkenstein zu Erbe hat, an Gotbold von Blumenberg, ...

urn:nbn:de:bsz:31-70566

Visual Library

filiorum meorum habuisse recepisse ac nobis integre datum solutum et ponderatum fuisse et in solucionem dictorum debitorum expensum esse. Exceptioni non soluti non dati non numerati precii omnino renunciando. Item promisi pro me meisque heredibus dictis . . commendatori et fratribus et eorum successoribus predictam curiam cum pertinenciis suis habere licere dolum malum abesse abfuturumque esse. Quam siquidem curiam cum pertinenciis rebus et iuribus prefatis constitui me nomine dictorum . . commendatoris et fratrum possidere, donec ipsarum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi deinceps et retinendi eorum auctoritate eis licenciam omnimodam donamus. Promittendo dictis . . commendatori et fratribus pro se suisque successoribus stipulantibus et recipientibus litem vel controversiam eis de dictis rebus seu iuribus vel aliqua earum parte nullo umquam tempore inferre vel inferenti consentire, sed ipsas res et iura et quamlibet earum eis tam in proprietate quam in possessione ab omni persona vel universitate legitime defendere autorizare et expedire vacuamque possessionem eis tradere et eos in possessione facere pociores. Insuper renunciamus omni actioni excepcioni iuri consuetudini in integrum restitucioni et omni auxilio iuris vel facti, quibus contra premissa possemus venire aliquo modo vel iuvari; et specialiter iuribus caventibus generalem renunciacionem non valere, nisi specialis mencio de eis fiat. Acta sunt hec in iudicio Friburg anno domini M°CC°XC°VII° indictione X^a^ decima die intrante aprili presentibus fratre Johanne dicto Creier[4], fratre Růdolfo dicto Lape de ordine hospitalis predicti, domino Johanne et domino Cůnrado dictis Kvchelin, domino Hugone de Crozingen, domino Stephano Snevlino, domino Bur[cardo] Meinwart, domino Heinrico de Mvnzingen militibus, domino Hermanno Wissilberli, Hermanno filio suo, Gǒtfrido de Sletstat, Meinwardo de Tottincon et Johanne Wolleben ac aliis pluribus personis fidedignis testibus ad hoc vocatis et rogatis. In cuius rei testimonium presentem litteram dictis . . commendatori et fratribus sigillo civium Friburgensium tradidi sigillatam. Nos vero scultetus et consules civitatis predicte ad peticionem dicti Heinrici Creiarii in premissorum testimonium sigillum prescriptum presentibus duximus appendendum.

215 *St. Gallen 1297 April 18*

Abt Wilhelm und der Konvent des Klosters St. Gallen verkaufen aus Not den Dinghof zu Kirchzarten, den Jakob von Falkenstein zu Erbe hat, an Gotbold von Blumenberg, Komtur, und die Brüder des Johanniterhauses zu Freiburg um 125 Mark Silber und schenken ihnen dazu das Patronatsrecht der dortigen Kirche.

214 [4] *Er ist wohl identisch mit dem schon 1273 genannten Johanniter.*

Or. (A) Karlsruhe GLA.: 20/101 (Johanniterarchive). Siegel fehlen, Einschnitte für 2 Siegel. Auf dem Bug von anderer Hand (14. Jh.): Der dinköf ze Kilzarten.

Abschr. (B) Stiftsarchiv St. Gallen: F.F. 4. E. 13 (durch Mäusefraß und Wasserflecken besch.). Siegel des Komturs Gotbold von Blumenberg hängt.

Codex traditionum Sancti Galli, S. 517 n. 889 (nach B); Neugart CDA. 2, 346 n. MLVI; Wartmann St.Gall.UB. 3, 290 n. 1100 (nach B). — Erw.: Krieger TW. 1, 1180; Lehmann Freib.DA. NF. 12, 272.

Geschrieben ist A von derselben Hand wie n. 208, 209 (A^1 A^2) u. 214 (vgl. die dortigen Vorbemerkungen), also Empfängerherstellung. Gewisse Unterschiede im Gesamtbild sind hauptsächlich durch die Enge der Schrift bedingt. Da in dieser Urkunde wie in n. 208 Bruder Burkard von Leonegg als einziger Vertreter des Freiburger Johanniterhauses erscheint, möchte man zunächst ihn für den Schreiber und Verfasser all dieser eigenartig formulierten Urkunden halten, zumal er später (s. n. 208 Anm. 9) als rechtskundig bezeugt ist. In neues Licht rückt die Frage durch die Tatsache, daß unter den Unterschriften dieser Urkunde diejenige des Pförtners von St. Gallen nach dem Wortlaut des Textes von Peter von Sölden herrührt, dessen Schrift mit der der Urkunde selbst identisch ist. Daß in Wirklichkeit ein anderer Schreiber diese Unterschrift vollzogen hat, ist nicht anzunehmen. Somit hat Peter von Sölden als Schreiber dieser Urkunden zu gelten, was nicht ausschließt, daß gegen die Regel ein anderer, nämlich der rechtskundige Bruder Burkard von Leonegg, ihr Verfasser war, wie schon Th. Mayer-Edenhauser (Das Recht der Liegenschaftsübereignung in Freiburg, S. 37 Anm. 4) vermutet hat. Es bestehen formale Zusammenhänge mit n. 208, 209 u. 214 (vgl. die Stellen in Kleindruck). Peter von Sölden ist zweifellos mit dem späteren Freiburger Stadtschreiber dieses Namens (vgl. die Vorbemerkung von n. 180) identisch. Linierung mit senkrechten Randlinien. Starkes (italienisches?) Pergament. Von den Siegeln sind keine Spuren mehr wahrnehmbar. Auffällig ist, daß die Einschnitte nach Zahl (für das 1. Siegel 3, für das 2. nur 2) und Form (für das 1. nur Schnitte, für das 2. Dreiecke) verschieden sind. Es sieht so aus, als seien die Schnitte beim Anbringen des 1. Siegels ausgeweitet worden. Die Schnitte bzw. Dreiecke wurden offenbar erst nachträglich beim Siegeln geschnitten. Die Siegel dürften also vorhanden gewesen sein.

B von anderer Hand, die auch den Schluß geschrieben hat. Siegel an Perg.-Streifen: rund (30). Schild (schräg) mit dem Wappen der von Blumenberg; Helmzier: Adlerhals (?) mit Krone. ✠ SIG . . . LDI D' BLVM̄BERK. Aus dem Umstand, daß dem Text der Vermerk „Datum per copiam" vorausgeht und weitere Siegel nie vorhanden waren, schloß Wartmann (a. a. O.) wohl zutreffend, daß nur eine eigentliche Ausfertigung (A) zu Handen des Käufers hergestellt wurde und daß dieser hinwieder dem Verkäufer eine Abschrift zustellte. Die weitere Annahme Wartmanns, daß diese Abschrift mit verschiedenen Fehlern behaftet sei, erweist sich jedoch an Hand des Originals als irrig; vielmehr ist die Übereinstimmung mit A, von belanglosen Dingen abgesehen, vollkommen.

In nomine domini amen. Universis presentes litteras inspecturis Wilhelmus[1] dei gratia abbas totusque conventus monasterii Sancti Galli ordinis

215 [1] *Wilhelm von Montfort, 1281—1301 Abt von St. Gallen. Vgl. Paul Die-*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

sancti Benedicti Constantiensis dyocesis notitiam subscriptorum. Noverint igitur universi, ad quos presentes pervenerint, quod, cum monasterium nostrum gravibus esset depressum oneribus debitorum[2], propter que eidem maxima dampna et expense inevitabiles obsidum usurarum et aliarum accessionum imminebant nec dictum monasterium haberet in bonis mobilibus, unde sibi commode consuli et subveniri posset, habuissemusque diligentem[a] sepius tractatum, que bona immobilia monasterio nostro pro solutione dictorum debitorum et provisione dampnorum et accessionum prescriptarum magis alienare expediret, tandem communis et unanimis nostra deliberatio in hoc resedit, ut curia nostra in villa Kilchzarten Constantiensis dyocesis venditioni exponeretur. Cumque dicta curia publice fuisset venditioni exposita[3] cum suis pertinentiis nec appareret, qui plus offerret centum viginti marcis, nos dictus abbas et conventus totus et singuli de conventu insimul unanimi consilio et interveniente consensu et auctoritate omnium, qui in alienacione rerum monasterii nostri soliti sunt requiri, proprietatem et dominium directum curie memorate convencionali[b], que vulgariter[c] dicitur dinghof[d], site in villa Kilchzarten Constantiensis dyocesis cum omnibus attinentiis suis hominibus propriis colonis ascripticiis originariis libertis et libertinis seu, quacumque condicione vel modo dicte curie seu monasterio nostro ratione eiusdem curie attinerent, ortis agris vineis pratis pascuis nemoribus arboribus virgultis piscariis aquis aquarumque decursibus venacionibus terris cultis et incultis prediis rusticis vel urbanis edificiis omnibus accessibus quoque et egressibus suis iurisdiccionibus bannis actionibus requisicionibus usibus servitutibus halbergariis censibus et omnibus iuribus corporalibus et incorporalibus ac universis et singulis, que simul habent vel quelibet earum habet supra vel[e] infra seu intra se vel, que curie predicte seu rebus predictis aut monasterio nostro ratione dictarum rerum et curie competebant vel competere debebant seu poterant in futurum, dedimus vendidimus et tradidimus perpetuo iure fratri Gotboldo de Blůmenberg commendatori domus hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Friburg Constantiensis dyocesis pro se fratribusque dicte domus et eorum successoribus ementi et recipienti pro precio centum viginti quinque marcarum argenti legalis ad habendum tenendum possidendum et, quidquid eisdem . . commendatori et fratribus eorumque successoribus deinceps placuerit, faciendum; hoc salvo, quod predicta curia cum iuribus et pertinentiis suis, iure patronatus ecclesie in Kilchzarten excepto, in enphiteosim[f] et iure hereditario domino Jacobo de Valkenstein[g] ex parte monasterii

215 [a] -ter *B nach Wartmann* [b] *sic, Endung wohl verschrieben* [c] wl- *A* [d] dinchof *B* [e] et *statt* vel *B* [f] emph- *B* [g] -stain *B*

bolder, Wilhelm von Montfort-Feldkirch, Abt von St. Gallen (1281—1301). Neujahrsblatt, herausg. vom Histor. Verein des Kantons St. Gallen, St. Gallen 1943. [2] *Vgl. Bikel, Die Wirtschaftsverhältnisse des Klosters St. Gallen von der Gründung bis zum Ende des XIII. Jh., Freiburg 1914, S. 314.* [3] *Der Hof wurde demnach auf irgend eine Art und Weise öffentlich feilgeboten.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nostri quoad utile dominium fuit concessa pro annua pensione septem librarum monete friburgensis solvendarum singulis annis in festo nativitatis beati Johannis Baptiste et totidem pro renovacione seu honorario, quod vulgariter dicitur erschaz, et de mortuario emphiteote, qui pro tempore fuerit, quod vulgariter dicitur val, illud, quod iure vel consuetudine debet dari, cum halbergariis seu hospiciis actenus[h] monasterio nostro ex convencione vel consuetudine[i] seu quavis alia causa debitis. Quam concessionem volumus valere, quantum valere debet, et predictos . . commendatorem el fratres recipere pensionem honorarium hospicium seu halbergarias et mortuarium predictas emphiteosimque ratam habere, prout de iure debebunt. Item confitemur et contenti sumus per presentes nos dictas CXXV[k] marcas a predictis . . commendatore et fratribus seu ex parte ipsorum recepisse habuisse ac integre solutas datas ad exhoneracionem[l] supradictorum debitorum monasterii nostri fuisse, exceptioni non dati non numerati non soluti precii et in utilitatem monasterii nostri non conversi omnino renunciantes. Insuper ius patronatus ecclesie in Kilchzarten et, si qua[m] alia sunt spiritualibus annexa seu etiam mere spiritualia, que monasterio nostro seu nobis competebant ratione universitatis et attinentie sepedicte curie, donavimus cessimus[n] et tradidimus libere ac integraliter predicto . . commendatori pro se suisque fratribus et eorum successoribus recipienti et cum dicta universitate, ad quam totaliter pertinebant, illa transtulimus in eosdem, recognoscentes ipsos ius in eis ratione dicte universitatis nostreque donacionis cessionis et traditionis de cetero habere; et promittimus eisdem predictas res et iura venditas datas cessas et traditas habere licere dolum malum abesse abfuturumque esse. Quas siquidem res et iura constituimus nos eorum nomine possidere et quasi possidere, donec ipsarum rerum et iurium possessionem et quasi[o] acceperint corporalem, quam accipiendi eorum auctoritate deinceps et retinendi eis licenciam omnimodam donavimus. Item promisimus nos dictus abbas ac singuli et universi de conventu monasterii prefati fide data per quemlibet nostrum dicto . . commendatori pro se suisque fratribus et eorum successoribus recipienti et stipulanti, litem seu controversiam eis de dictis[p] rebus vel iuribus seu aliqua earum parte nullo tempore inferre vel inferenti consentire, sed ipsas res et iura predicta vel quamlibet earum eis eorumque successoribus tam in proprietate quam possessione civili ab omni persona et universitate legitime defendere autorizare[q] et expedire vacuamque possessionem predictorum eis tradere[r] et ipsos in possessione civili facere pociores[4]. Quam siquidem vendicionem cessionem donacionem et tradicionem ac omnia et singula suprascripta promi-

215 [h] hac- *B* [i] -swe- *B* [k] centum viginti quinque *B* [l] exone- *B* [m] *wohl verschrieben statt* que [n] *verbessert aus* cessib. *B* [o] *Die Ergänzung* possessionem *nach* quasi *bei Wartmann ist nicht am Platze.* [p] pred- *B* [q] auct- *B* [r] s *von* eis *übergeschrieben in A*, tradere eis *B*

[4] *Zu dieser Formel vgl. Th. Mayer-Edenhauser, Das Recht der Liegenschaftsübereignung in Freiburg, S. 97 mit Anm. 3.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK Baden-Württemberg

simus pro nobis nostrisque successoribus dicto . . commendatori pro se et suis fratribus eorumque successoribus recipienti et stipulanti perpetuo firma grata et rata tenere observare et implere[s] nec contra facere vel venire per nos alium vel alios aliqua ratione causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena ducentarum marcarum stipulacione pro singulis capitulis huius contractus in solidum promissa nomine interesse, quod ab eisdem . . commendatore et fratribus de consensu nostro et recognicione in tanto est estimatum, que pena seu interesse tociens committatur et exigi possit in singulis capitulis, quociens ex parte nostra contra factum fuerit seu de nostro consensu; qua etiam soluta vel non, rata[t] maneant omnia et singula suprascripta. Ad hec renunciamus omni actioni exceptioni facti seu iuris scripti vel non scripti privilegiis et aliis litteris omnibus impetratis[s] vel impetrandis[s] beneficio restitucionis in integrum et omnibus legibus canonibus constitucionibus seu consuetudinibus[l], in quibus cavetur de rebus ecclesiarum non alienandis et etiam, si qua[m] privilegia super hoc monasterio nostro essent specialiter tradita seu concessa, et omnibus aliis iuribus, in quibus cavetur, quod generalis renunciatio non valet, nisi de eis fiat specialis mencio, necnon omni alio auxilio, quibus premissa possent anullari vel aliqualiter infringi seu quibus contra premissa possemus aliquatenus iuvari, promittentes fide data corporaliter per quemlibet nostrum, quod dictis iuribus privilegiis beneficiis et aliis auxiliis supra renunciatis contra dictum . . commendatorem et fratres eorumque successores ac contractum supradictum numquam utemur nec utenti consenciemus. Acta sunt hec in monasterio nostro anno domini M°CC°XC°VII° indictione X[a] XIII[a] die exeunte aprili presentibus fratre Heinrico de Liehtensteige[u] commendatore in Tobel, fratre Burcardo de Lônegge[v] de ordine hospitalis[w] supradicti[x], domino Walthero Lestino rectore in Herisôwe[y], magistro Heinrico et magistro Johanne de Sancto Gallo, Lútoldo de Griessenberg, Hilteboldo de Werstein, Egelolfo de Rosenberg seniore, Cůnrado ministro civitatis Sancti Galli, Růdolfo dispensatore et Cůnrado camerario dicti domini . . abbatis et aliis pluribus personis fidedignis testibus ad hoc vocatis et rogatis. In cuius rei testimonium nos predictus abbas et conventus monasterii suprascripti sigilla nostra ad perpetuum robur presentibus duximus appendenda.

Insuper[z] ego Růmo sacerdos monasterii prefati scribere non valens nec sciens[5] per dominum Walt[erum] dictum[aa] Lesti presentibus subscripsi in signum consensus. Item ego H. prepositus monasterii prefati scribere nesciens per dominum C. viceplebanum in Huntwille in signum consensus presentibus

215 [s] inp- *B* [t] ratam *verschrieben in B* [u] -staige *B* [v] Lön- *B* [w] -li *B* [x] -to *B* [y] -ouve *B* [z] *das Folgende von verschiedenen Händen (vgl. die Vorbemerkung)* [aa] dictum *fehlt in B*

[5] *Bikel (a. a. O., S. 279) sieht in diesem Eingeständnis mit Recht ein Zeichen für den damaligen kulturellen Tiefstand des Klosters; seine Verallgemeinerung trifft allerdings nicht ganz zu, da immerhin der Kustos des Klosters eigenhändig unterschrieb.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

subscripsi. Item ego H. portenarius monasterii prefati scribere nesciens per Petrum de Seldon presentibus[bb] in signum consensus subscripsi. Item ego Hilteboldus custos monasterii prefati in signum consensus presentibus propria manu subscripsi. Item ego Uolricus kamerarius[cc] monasterii prefati[dd] scribere nesciens per Bernoldum de Sancto Gallo presentibus in signum consensus subscripsi. Item ego Jo. de Guttingen subdiaconus monasterii prefati scribere nesciens[ee] per H. de Thaningen[ff] in signum consensus presentibus subscripsi.

216

Freiburg 1297 April 20

Herr Otto von Staufen, Herr Heinrich Burggraf von Dorlisheim und Herr Berthold von Neuenburg[1] *fällen als Schiedsrichter neben Herrn Heinrich von Munzingen und Johannes von Stühlingen in dem Streite zwischen dem Grafen Egen von Freiburg und seinen Bürgern um die Öler folgendes Mehrheitsurteil: Da Graf Egen die Öler vor Gericht lud und die Sache vor Gericht Herrn Dietrich von Tüselingen, Schultheiß von Freiburg, Albrecht dem Rindkauf und Gottfried von Schlettstadt zur Entscheidung darüber, ob die Öler des Diebstahls und Falsches schuldig seien, übertragen wurde und dieselben dies bejahten, worauf Graf Egen mit Berufung auf sein Gericht zu Freiburg und auf die Gewohnheit forderte, daß niemand ihm weder Leib noch Gut der Öler verwehre, soll es beim Herkommen verbleiben, solange man es ihm nicht vor den zuständigen Gerichten abgewonnen hat. Es siegeln die drei Aussteller. Geschehen und gegeben 1297 am Samstag nach Ostern.*

Or. Karlsruhe GLA.: 21/173.

Dambacher ZGORh. 10, 320.

Geschrieben von derselben Hand wie n. 3, 67, 146 A^{2-5}, 179, 193, 205 u. 207, also Empfängerherstellung.

Wird in die Ausgabe der Stadtrechte aufgenommen.

217

Kenzingen 1297 April 30

Heinrich und Rudolf, Markgrafen von Hachberg, schenken den Johannitern zu Freiburg für zugefügten Schaden Bann, Vogtei und Gerichtsbarkeit zu Gündlingen, auf die Heinrich Kreier, der sie bisher von ihnen zu Lehen hatte, verzichtet hat.

Or. Karlsruhe GLA.: 20/82 (Johanniterarchive). Siegel an Perg.-Streifen.: 1. abgerissen; 2. (besch.) wie an n. 209 (2.)[1]*. Rückvermerk (15. Jh.). — 3 Abschr. (17. Jh.) Landesregierungs-Archiv Innsbruck: Schatzarchiv 8000*

215 [bb] presentibus *fehlt in B* [cc] c- *B* [dd] dicti monasterii *B*
[ee] scribere nesciens *fehlt in B* [ff] tain- *B*

216 [1] *nach der Siegellegende Bertold Sermenzer*

217 [1] *Dieses Siegel ist bei Weech, Siegel von Urkunden aus dem Bad. Generallandesarchiv 1 (Frankfurt 1883) nicht aufgeführt.*